aliud cogitare uel deſiderare uident̃. & tem=
pus diuo cultui impenſum uilipendere. ac ſi=
bi eẽ tedioſum oñdunt. Vñ de ipis poteſt di=
ci illud ſap̃. xv. eſtiauerunt ludũ eſſe uitã no=
ſtram. Octauus eſt lud⁹ cõfuſionis. ſic̃ eſt lu=
dus taxilloꝝ. aleaꝝ. & hmõi. Iſte merito dici=
tur ludus cõfuſionis. q2 cõfundit hoiem & cõ
fuſione dignũ reddit ꝓpẽ mlt̃a crimĩa q̃ cõi=
niter ſunt in luſoꝛib⁹. Et ĩ fine pꝛecipue ad cõ
fuſionis obpꝛobꝛiũ adducunt̃. pꝛimo quidem
luſoꝛ ẽ ꝓditoꝛ. q2 illũ cum quo cõedit & bibit
ſpoliare itẽdit. cuius amicũ uel cõſanguine=
um qñq3 ſe fingit. Iere. ix. Vnuſq̃ſq3 a ꝓximo
ſuo ſe cuſtodiat. & in omni fratre ſuo non ha
beat fiduciam &c̃. Iere. ix. Loquitur pacem cũ
pꝛoximo ſuo. & in occulto ponit ei inſidias.
Item in ps̃. loquent̃ cum ꝓxĩo ſuo. mala au=
tẽ in coꝛdib⁹ eoꝝ. Inuitat eũ aliqñ ad taberne
potũ gratuitũ. ut ſic eũ inebꝛiet & infatuet &
ſpoliet crapulatũ. Sunt ſiles illis ꝓditoꝛibuſ
latronib⁹ qui ſimulãt ſe eſſe pegrinos. & eun
tibus ĩ ierl̃m ſe iungũt. & dum ad hoſpitia cũ
eis uenerint comedũt cũ eis & bibũt. & ĩ po=
culo admiſcent aliq̃d p qͦ eos ita conſopiunt
ꝙ quaſi ſi eẽnt moꝛtui doꝛmiũt. & ſic ſpolia=
tos dicti fures eos nudos dimittunt. abac̃. ii.
Ve qui potum dat amico ſuo miſcens fel. Itẽ
luſoꝛ ẽ cupidus & auarus adeo ꝙ uellet q̃3cũ
q3 pſonam ſecũ ludentẽ ſpoliare. & ad hoc la=
boꝛat ꝓ uiribus. ꝟ itẽdit. & ad hoc tẽdit. Eſt
crudelioꝛ ceteris raptoꝛib⁹ aut ſpoliatoꝛib⁹. &
magis inhũan⁹. q2 aliqñ ſpoliãt eos camiſiis
ſuis & bꝛaccis. qͦ nõ faciũt q̃ ſpoliant hoĩes ĩ
nemoꝛib⁹. Peccat in ingratitudĩe. q2 tempe ſi
bi dato ad ſalutis opatõnem abutit̃ contra ſa
lutẽ ſuã expendẽs illud in ocioſis & pnicioſis
factis. Iob. xxiiii. Dedit ei locũ pnĩe ĩ pñti ſc3
tempus & ip̃e abutit̃ eo in ſupbiam. Itẽ uſura
rios facit. illi em̃ ĩ modico tempe dant. & acci
piunt graues uſuras tradẽtes. & dantes. un=
decim ꝓ duodecĩ in momẽto tp̃is uel grauio=
res uſuras. Itẽ fallit & fallere itẽdit uerbis. fa
ctis. & inſtrumẽtis. ut deciis falſis. & fallaci=
bus uerbis. inſtrumẽtis. ſignis. & teſtib⁹. Ite3
coꝛrũpit uicinos aſtantes in ludo uerbis. exẽ=
plis & munerib⁹ & ſignis. adeo ut ferant ꝓ
eo ibi falſum teſtimoniũ ꝓ nullo uel modico
lucro. qͦ nõ facerent extra ludũ ꝓ centũ mar=
chis argenti. ꝓ quoꝝ teſtimonio amittũt qui
ſm̃ cõditionem ludi fuerãt lucrati. quib⁹ coꝛ=
rupti teſtes p̃cio uel amoꝛe uel timoꝛe tenent̃
reſtituere qͦ amiſerũt eoꝝ falſo teſtimonio.
Item luſoꝛ nõ ſeruat fedus alicui pſone cũ q̃
ludat. ſ3 frequentẽ frãgit fedus nature cõſang=
uineitatis. uel nuptiaꝝ. uel ſocietatis. decipien
do eos qui ſunt ibi federe aliquo iũcti eoꝝ bo
na ꝑdendo. uel male tractãdo. uel male acqui
rẽdo. Sepe iurat ꝓ nihilo. ſepe peierat & mẽ=
titur. Hoc facit in ludo ꝓ nihilo qͦ nõ facer3
extra ludum ꝓ magno p̃cio. iurando ſe lucra
tum fuiſſe qͦ amiſit. Itẽ eſt cõtemptoꝛ ſacroꝝ
tempoꝝ id ẽ feſtoꝝ q̃ uiolat. & expẽdit ĩ blaſ=
phemiis dei & ſanctoꝝ. & uitupiis eoꝝ. con=
temnit eos cõtumelias eis inferendo. plus de=
fert honoꝛis trib⁹ oſſibus caninis id ẽ deciis
q̃3 oſſib⁹ dei & ſanctoꝝ quos dinumerat blaſ
phemãdo. ps̃. Foderũt manus meas & pedes
meos. dinũauerunt omnia oſſa mea. Itẽ luſoꝛ
facilis eſt ad iraſcendũ & cõminandũ. & ad ĩ
ferendũ uerba & uerbera acerba. Facilis ẽ ad
ꝓximũ occidendũ. añ cuius oculos eſt effuſio
hũani ſanguis. & cõmittere peccata quecũq3.
Item ẽ trãſgreſſoꝛ decalogi mandatoꝝ oĩm. ꝑ
mum mandatũ trãſgredit̃. Exo. xx. Nõ habe
bis deos alienos coꝛã me. ip̃e trib⁹ oſſibus ca=
ninis obedit id ẽ deciis. & colit ea ꝓ deo. faciẽs
eoꝝ uoluntatẽ. q2 ducũt loco trinitatis. Aſſu=
mit nomẽ dei inuanũ iurans pꝛo nihilo. feſta
frãgit. pentes inhonoꝛat. ꝓxim facto uel exẽ
plo occidit. dum deũ negat ſpũaliter mechat̃.
Alienũ inuito eo cuius ẽ ſubꝛipit. fert falſum
teſtimoniũ ut dictũ eſt. & rem ꝓximi cõcupiſ
cit. Deterioꝛ ydolatra eſt q̃3 iudei aut ſarrace=
ni. illi uitulũ aureũ coluerũt. ſarraceni mahu=
meto homini tãq̃3 deo obedierũt. iſti deterioꝛi
creature oſſibus caninis. in quoꝝ ſeruitio ex=
pendũt qñq3 camiſiã & bꝛaccas. & quicq̃d ha
bent. Itẽ ſicut de⁹ cultoꝛib⁹ ſuis tradidit. xxi.
lr̃am quibus tota ſacra ſcriptura ſcripta eſt. &
nobis dei inſinuat uoluntatẽ ad faciendũ eã.
ita in decio ſunt. xxi. puncta p que luſoꝝ inſi=
nuat̃ uoluntas decii dei ſui ut eam faciat. Ite3
ſi luſoꝛ eſt filiuſfamilias. ſequit̃ ira & afflictõ
pentum. & maledictões eoꝝ quib⁹ maledi=
cit. ul̃ maledicũt. Si paterfamilias. afflictõ ux
oꝛis & familie. ut rixe. pugne uerbera. odia. ex
heredatões filioꝝ. ꝓſtitutões filiaꝝ. depau=
patões. furta ſacrilegia. q2 calefactus a ludo
nõ feret̃ aliqñ accipe ſuper altare. ſeqñtur eti
am ſuſpẽdia & alia multa mala. ut p̃dict um ẽ
Ideo fugiendus ẽ talis ludus. & ſocietas ludẽ
tium deteſtãda. Vñ tho. iii. Dicebat ſara. nun
q̃3 ludentib⁹ miſcui me. nec cũ hiis qui ĩ leui=
tate ambulãt participẽ me pꝛebui. Et Iere. xv.
Non ſedi in cõſilio ludentium.

## PARS NONA DE LVXVRIA DISTINCTIO. PRIMA.

VLtimo inter capitalia ui=
tia dicendu3 eſt da luxu=
ria. Circa quã cõſiderãda
ſunt ſeptẽ. Pꝛimo utrum
luxuria ſit pct̃m. Secũdo
de filiabus ei⁹. Tertio de
diuiſione pt̃iũ ei⁹. Quar
to de hiis que ſuadẽt & oñdunt luxuriã eẽ ui=
tandam. Quinto de hiis q̃ nutriũt & augent
eam. Sexto de familiaritate mulierũ. Septio
de choꝛeis. Circa pꝛimũ uidendum ẽ utrum
luxuria ſit pct̃m. Ad qͦ dicit̃ ꝙ luxuria dicit̃
eſſe libidinoſus uoluptatis appetitus. Volup=
tas autẽ libidinoſa pꝛĩcipaliter cõſiſtit in actu
uenereo. ſiue delectatõnibus uenereis. in qui=
bus etiã libido ſpãliter eẽ dicit̃. q̃3uis & ĩ aliis
poſſit eẽ uoluptas. tñ hoc nomẽ ſibi uendicãt

ueneree uoluptates · Luxurioſus autem dicit̃
quaſi ſolutus in uoluptates· Maxīe autē ani=
mum hoīs ſoluūt uoluptates ueneree·ideo cir
ca hmōi uoluptates luxuria maxīe conſideraẗ
Vñ ſicut tempantia pꝛīcipaliter & ꝓpꝛie ē cir
ca delectatōnes tactus·diciẗ aūt ex cōſequen=
ti·& p q̄dam ſilitudīem ī quibuſdā aliis ma=
teriis·ita & luxuria pꝛincipaliẗ quidē cōſiſtit
circa uenereas uoluptates que maxīe aīm hoī
nis ſoluūt·Secūdario aūt diciẗ eſſe in quibuſ=
cūq̄ aliis ad exceſſum ptinentibus·Vñ·Gal·
v·Dicit glo·ꝙ luxuria eſt quelibet ſupfluitas·
Vñ & uinū diciẗ eſſe res luxurioſa·uel eo mō
quo in qualibet materia ſupabundātia uel ex
ceſſus referẗ ad luxuriā· uel qꝛ ſupfluus uſus
uini ꝓbet incētiuum uenereę uoluptatis · Ex
hiis patere pōt qūo·& quare luxuria ſit pecca=
tū·qꝛ q̄to aliquid eſt magis neceſſariū·tāto=
magis opoꝛtet ut circa illud rōnis oꝛdo ſerue
tur·vnde p cōſequens magis ē uitioſum·ſi oꝛ
do rōnis ꝓtermittaẗ· Vſus autē uenereoꝝ ſic
dictū eſt ualde neceſſarius ē ad bonū cōmune
qȯ eſt ꝯſeruatio hūani generis. & iō circa hoc
maxīe attendi debet rōis oꝛdo·& p cōſequenſ
ſi qd circa hoc fiat pꝛeter id qȯ oꝛdo rōnis ha
bet·uitōſum erit·Hoc aūt ptinet ad rōem lux
urie ut oꝛdīem & modū rōis excedat circa ue=
nerea·& ideo abſq̄ dubio luxuria eſt peccatū
Licet aūt ſemē gñationis hūane ſit ſupfluum
alimenti·ſic̃ dicit phs in libꝛo de gñatione aīa
lium·cū ſecundū eundē phm ſemē eſt ſupflu=
um quo indigeẗ·Diciẗ em̄ ſupfluū ex eo ꝙ eſt
reſiduū opationis uirtutis nutritiue·tñ īdige
tur eo ad opus uirtutis gñatiue·Sed alie ſup=
fluitates coꝛpis hūani ſunt tales quibꝰ nō in=
digeẗ· & ideo nō refert qualitercūq̄ emittan
tur ſalua decentia cōuictus hūani·& ideo licȝ
in emiſſione hmōi ſupfluitatū nō ſit peccatū
tñ in emiſſione ſeminis qȯ eſt materia gñati=
onis hūane poteſt eē peccatū·niſi ſic fiat ꝙ cō
ueīre poſſit ad finē quo eo indigeẗ·Poteſt aẗ
huius ſeminis emiſſio fieri ſine peccato·obſer
uatis circūſtantiis q̄ in hmōi requiruntẗ·Qȯ
declaraẗ ſic·peccatū em̄ eſt in actibꝰ humanis
qȯ eſt ꝯtra oꝛdīem rōnis· habet aūt oꝛdo rōis
ut quelibet cōuenienter oꝛdinet in ſuū finē · Et
ideo nō eſt peccatū ſi p rōnem hō utaẗ aliqui=
bus rebus ad finē ad quē ſunt mō & oꝛdīe cō
uenienti· dummō ille finis ſit aliqȯ uere bo=
num· Sic̃ aūt ē uere bonū ꝙ cōſerueẗ coꝛpa=
lis natura unius indiuidui· ita etiā eſt quod=
dam bonū excellens ꝙ cōſerueẗ natura ſpe=
ciei hūane·Sic̃ aūt ad ꝯſeruatōnem uite uniꝰ
hois oꝛdinaẗ uſus ciboꝝ·ita etiā ad ꝯſeruatio
nem totius hūani gñis oꝛdinaẗ uſus uenere=
oꝛū·Vñ Aug·dicit in libꝛo de bono cōiugali·
ꝙ eſt cibus ad ſalutē hoīs· hoc ē cōcubitus ad
ſalutē hūani generis·Et ideo ſicut uſus ciboꝝ
pōt eſſe ſine peccato ſi fiat debito mō & oꝛdi
ne ƀm ꝙ cōpetit ſaluti coꝛpis·ita etiā & uſus
uenereoꝝ pōt eſſe ſine omni peccato ſi fiat de
bito mō & oꝛdīe ƀm qȯ eſt cōueniēs ad finem

generatōnis humane·Nec obſtat ꝙ actus ue
nereus impedit actū uirtutis·ſicut dicit aug·
in ꝑmo ſoliloquioꝝ· Nihil eē ſentio qȯ ab ar=
ce magis deiiciat aīm uirilem q̄ȝ blandimenta
femine·coꝛpoꝛūq̄ ille cōtactus · Quia uirtutē
poteſt aliqs impedire dupliciẗ·Vno mō q̄tuȝ
ad circūſtantiā ſiue q̄tum ad cōmunem ſta=
tum uirtutū·& ſic nō impediẗ uirtus niſi per
peccatū·Alio modo q̄tum ad pfectum uirtu=
tum ſtatum· & ſic pōt impediri uirtus per ali
quid qȯ non ē peccatū·ſȝ ē minus bonū·& hoc
mō uſus femīe deiicit n a uirtute ſȝ ab arce id
eſt a pfectione uirtutis·Vñ aug·dicit in libꝛo
de bono ꝯiugali· Sic̃ bonū erat qȯ martha fa
ciebat occupata circa miſterium ſanctoꝝ· ſed
melius qȯ maria audiēs uerbū dei·ita etiā bo
num ſuſanne in caſtitate cōiugali laudamus
ſȝ bonū uidue anne·& magis uirginis marie
āꝑpoſuimus·Et licȝ in om̄i actu uenereo ſit ſu
pfluitas delectatōnis q̄ in tm̄ abſoꝛbet rōnem
ꝙ in ipa impoſſibile eſt aliqd intelligere ſicut
phs dicit in·vi·eth·tamē abundātia delectati
onis q̄ eſt in illo actu ƀm rōem oꝛdīato nō cō
trariaẗ medio uirtutis·qꝛ mediuȝ uirtutis nō
attendiẗ ƀm q̄titatem ſȝ ƀm ꝙ cōuenit ratōi
recte·Et ꝓterea ad uirtutē non ptinet q̄tum
ſenſus exterioꝛ delecteẗ ꝙ ꝯſequaẗ coꝛpis diſ
poſitōnē·ſȝ q̄tum appetitus interioꝛ ad hmōi
delectatōnes afficiaẗ·Nec hoc etiā ꝙ ratō nō
pōt liberū actū rōnis ad ſpūalia cōſideranda
ſimul cū illa delectatōe habere· oñdit ꝙ actꝰ
ille ſit ꝯtrarius uirtuti·nō em̄ eſt cōtrariū uir
tuti·ſi rōnis actus aliqñ intermittaẗ aliquo·
qȯ ƀm rōem fit· Alioquin ꝙ aliqs ſe ſomno
tradit·eſſet ꝯtra uirtutē·Hoc tñ ꝙ cōcupiſcē=
tia & delectatō uenereoꝝ non ſubiacet impio
& moderatōni rationis·ꝓuenit ex pena ꝑmi
peccati·inq̄tū ſcȝ ratio rebellis deo meruit ha=
bere ſuā carnē rebellē·ut patet p aug·xxii·De
ciui·dei·

Circa ƀm ſcȝ de filiabꝰ lux
urie·ſciendū ꝙ Greg·xxxi·moꝝ·po=
nit eas ſeptē·que ſunt·cecitas mentis
incōſideratio· ꝓcipitatio·inconſtantia· amoꝛ
ſui·odiū dei·affectꝰ pñtis ſeculi·hoꝛroꝛ & de
ſperatio futuri · Quaꝝ rō & nūs ſic apparet·
Qñ em̄ inferioꝛes potētie uehement afficiun=
tur ad ſua obiecta·cōſequens ē ꝙ ſupioꝛes ui
res impediuntẗ & deoꝛdinanẗ in ſuis actibus·
Per uitiū aūt luxurie maxīe appetitus inferi=
oꝛ ſcȝ ꝯcupiſcibilis uehement intendiẗ ſuo ob
iecto ſcȝ delectabili ꝓpter uehementiā delcati=
onis·& ideo ꝯñs eſt ꝙ p luxuriā maxīe ſupio
res uires deoꝛdinenẗ ſcȝ ratō & uolūtas·Sūt
aūt rōnis quatuoꝛ actus in agēdis·Pꝛimo q̄=
dem ſimplex intelligētia q̄ apphendit aliquē
finem·ut bonū·& hic actus impediẗ p luxuri
am·ƀm illud Dañ·xiii·Spēs decepit te·& con
cupiſcētia ſubuertit coꝛ tuū· & q̄tum ad hoc
poniẗ cecitas mentis·Secūdus actus ē cōſiliū
de hiis que ſunt agēda ꝓpter finē·& hoc etiā
impediẗ p cōcupiſcentiam luxurie·Vñ teren=
tiꝰ dicit ī eunucho·loquēs de amoꝛe libidīoſo

que res in ſe neqꝫ ꝯſilium neqꝫ modum habet
ullũ. eam cõſilio regere nõ potes. & q̃ꝫtum ad
hoc ponit̃ p̃cipitatõ que importat ſubtractio-
nem cõſilii. Tertius aũt eſt iudiciũ de agẽdis
& hic etiã impedit̃ ꝑ luxuriaꝫ. dicit̃ eñ Dañ.
xiii. de ſenibus luxurioſis. Auerterũt ſenſum
ſuũ ut nõ recordarent̃ iudicioꝝ iuſtoꝝ. & quã
tum ad hoc ponit̃ cõſideratio. Quartus auteꝫ
actus eſt p̃ceptũ rõnis de agendis. qḋ etiã im-
pedit̃ inq̃ꝫtũ ſcꝫ homo impedit̃ ex impetu cõ-
cupiſcẽtie ne exequat̃ illud qḋ decernit eſſe fa
ciendũ. Vñ terentius dicit ĩ eunucho de quo-
dam qui dicebat ſe receſſuruꝫ ab amica. hec ũ-
ba. vna falſa lacrimſ̃a reſtringet. Ex ꝑte auteꝫ
uolũtatis cõſequit̃ duplex actus inordĩatus.
quoꝝ unus ẽ appetitus finis. & quantũ ad h̃
ponit̃ amor ſui. q̃ꝫtum ſcꝫ ad delcãtõem quã ĩ
ordĩate appetit. & ꝑ oppoſitũ ponit̃ odiũ dei.
inq̃ꝫtum ſcꝫ ꝓhibet delcãtionem ꝯcupiſcentie
Alius aũt eſt appetitus eoꝝ que ſunt ad fineꝫ
& q̃ꝫtum ad hoc ponit̃ appetitus pñtis ſeculi
in quo aliq̃s uult frui uoluptate. Et ꝑ oppoſi-
tum ponit̃ deſperatõ futuri ſeculi. qꝛ dum ni
mis retinet̃ carnalibꝰ delcãtionibꝰ. nõ curat ꝑ
ueĩre ad cõcupiſcentias ſpũales. ſꝫ faſtidit eas
Ponunt̃ aũt cecitas mentis. incõſideratio. &
p̃cipitatio eẽ filie luxurie. qꝛ ĩtemꝑantia maxi
me corrũpit prudentiã. & ideo uitia oppoſita
prudẽtie maxĩe oriunt̃ ex luxuria q̃ eſt p̃cipua
ſpẽs intemꝑantie. Itẽ ſciendũ ꝙ cõſtantia ĩ ar-
duis & terribilibꝰ ponit̃ ꝑs fortitudĩs. ſꝫ con-
ſtantiaꝫ habere in abſtĩendo a delectabilibus
ꝑtinet ad cõtinentiã que ponit̃ ꝑs temꝑantie
& ideo incõſtantia que ei opponit̃ ponit̃ filia
luxurie. & tñ etiã p̃ma incõſtantia ex luxuria
cauſat̃. inq̃ꝫtum emollit cor hoĩs & effeĩatum
reddit. ſm illud oſſe. v. Fornicatio & uinuꝫ &
ebrietas aufert cor. Et uegetiꝰ dicit in libro de
re militari ꝙ minus mortẽ metuit qui minuſ
deliciare nouit in uita. nec oportet ꝙ filie uitii
capitalis cũ ea in materia cõueniant. Itẽ amor
ſui q̃ꝫtum ad quecũqꝫ bona que ſibi aliq̃s ap-
petit ẽ cõmune prĩcipium pctõꝝ. ſꝫ q̃ꝫtum ad
hoc ꝙ aliq̃s appetit ſibi delcãbilia carnis poni
tur ſpãliter amor ſui filia luxurie. Itẽ yſidorꝰ
poĩt quatuor ſpẽs luxurie. ſ. turpiloquia. ſcur-
rilia. ludicra. & ſtultiloquia. ſꝫ iſta ſunt quidã
actus inordĩati exteriores. p̃cipue ad locutõeꝫ
ꝑtinentes in qua ẽ aliq̃d inordĩatum quadru-
plicit̃. Vno mõ ꝓpter materiã. & ſic ponunt̃
turpiloquia. qꝛ eñ ex ſupabundãtia cordis oſ
loquit̃. ut dicit̃. Math. xii. Luxurioſi quoꝝ cor
turpibꝰ cõcupiſcẽtiis plenũ eſt. de facili ad tur
pia uerba ꝓrũpunt. Secũdo ex ꝑte cãe. qꝛ eñ
luxuria incõſideratõem & p̃cipitatõnem cau-
ſat. ꝯñs eſt ꝙ facit ꝓrumpere in uerba leuit̃ & ĩ
cõſiderate dicta. q̃ dicunt̃ ſcurrilia. Tertõ q̃ꝫ-
tum ad finẽ. qꝛ eñ luxurioſus delcãtionem q̃
rit. etiã uerba ſua ad delcãtionem ordĩat. & ſic
ꝓrũpit ĩ uerba ludicra. Quarto q̃ꝫtum ad ſen-
tentiã uerboꝝ quã ꝑuertit luxuria ꝑ cecitateꝫ
mẽtis quã cauſat. & ſic ꝓrũpit in ſtultiloquia
utpote cũ ſuis uerbis p̃fert delectatõnes quas
appetit quibuſcũqꝫ aliis rebus.

## DE SPECIEBVS LVXVRIE. DISTINCTIO SECVNDA.

DEinde cõſiderandũ eſt de diuiſione ꝑ
tium uel ſpẽꝝ luxurie. Circa quã ꝯſi
deranda ſunt undecĩ. Primo de diui
ſione ꝑtium in gñali. Secũdo de fornicatõne
ſimplici. utrũ ſit pctm̃ mortale. Tertio utrum
in tactibꝰ & oſculis ſit pctm̃ mortale. Quarto
utꝝ nocturna pollutõ ſit peccatũ. Quĩto utꝝ
ſtuprũ ſit ſpẽs luxurie. Sexto utꝝ raptꝰ ſit ſpe
cies luxurie. Septimo utrũ adulteriũ ſit ſpẽs
luxurie. Octauo utꝝ inceſtus ſit ſpecies luxu
rie. Nono utrũ ſacrilegiũ ſit ſpẽs luxurie. De-
cimo utrũ uitiũ cõtra naturã ſit ſpẽs luxurie.
Vndecimo utrũ uitiũ ꝯtra naturã ſit grauiſſi
mũ oĩm peccatoꝝ inter ſpẽs luxurie.

CIrca primũ ſcꝫ de diuiſione ꝑtium uel ſpe
cieꝝ luxurie. ſciendũ ꝙ ĩ decretis. ḋ. xxxvi.
q. i. aſſignant̃ ſex ſpẽs luxurie que ſunt. forni
catõ ſimplex. adulteriũ. ĩceſtus. ſtuprũ. raptꝰ
& uitiũ ꝯtra naturã. Quia ſicut dictũ ẽ pecca-
tum luxurie cõſiſtit in hoc ꝙ aliq̃s utit̃ delcãti
one uenerea. nõ ſm rectã rõnem. Qḋ quideꝫ
cõtingit duplicit̃. Vno mõ ſm materiaꝫ ĩ qua
hmõi delectatõem querit. Alio mõ ſm ꝙ ma-
teria debita exiſtẽte nõ obſeruant̃ alie debite
cõditiones. Et qꝛ circũſtantia inq̃ꝫtũ hmõi nõ
dat ſpẽm actui morali. ſꝫ eius ſpẽs ſumitur ab
obiecto qḋ eſt materia actus. iõ oportuit ſpẽs
luxurie aſſignari ex parte materie uel obiecti.
Que quidẽ põt nõ ꝯuenire rõni recte duplicit̃
Vno modo qꝛ hꝫ repugnantiã ad fineꝫ ue-
nerei actus. & ſic inq̃ꝫtũ impedit̃ generatõ ꝓ
lis ẽ uitiũ ꝯtra naturã qḋ eſt ĩ omĩ actu uene-
reo ex quo generatõ ſequi nõ pt̃. Inq̃ꝫtum au
tẽ impedit̃ debita educatio & ꝓmotio ꝓlis na
te. ẽ fornicatõ ſimplex. q̃ eſt ſoluti cũ ſoluta.
¶ Alio mõ materia in qua exercet̃ actꝰ uene-
reus. põt eſſe nõ ꝯueĩens rõni recte ꝑ ꝯpatio-
nem ad alios hoĩes. & hoc quadruplicit̃. Prĩo
quidẽ ex ꝑte ĩpius femĩe cui aliq̃s cõmiſcetur.
qꝛ ei debitus honor nõ ſeruat̃. & ſic ẽ inceſtus
q̃ cõſiſtit ĩ abuſu mulierũ cõſanguineitate uł
affinitate iũctaꝝ. Secũdo ex ꝑte eius in cuiꝰ
ꝑtãte eſt femina. qꝛ ſi eſt in ꝑtãte uiri. eſt adul-
teriũ. Si aũt eſt in ꝑtãte patris ẽ ſtuprũ. ſi non
inferat̃ uiolentia. Raptus aũt. ſi inferat̃. Diũ
ſificant̃ aũt iſte ſpẽs magis ex ꝑte feĩe q̃ꝫ uiri.
qꝛ in actu uenereo feĩa ſe habet ſic̃ patiens ꝑ
modũ materie. vir aũt ꝑ modum agentis. di-
ctum eſt aũt ꝙ predicte ſpẽs ſm drĩam mate
rie aſſignãt̃. Et nota ꝙ adulteriũ ſub luxuria
cõtinet̃ & etiã ſub iniuſticia. nihil eñ ꝓhibet
diuerſoꝝ uitõꝝ deformitates cõcurrere ĩ uno
actu. nec deformitas iniuſtitie omĩno ſe habꝫ
ꝑ accidẽs ad luxuriã. ſꝫ oñdit̃ eſſe luxuria gra
uior. q̃ in eñ ſequit̃ cõcupiſcentiã ꝙ etiã ducit
ad iniuſticiã. Item nota ꝙ ſuꝑ illud. i. coꝝ. iii.
Ne iterum cum uenero humiliet me deus apud
uos. & lugeã mltos ex hiis qui añ peccauerũt.

et non egerūt penitentiā ſuper īmunditia &
fornicatōne. & impudicitia q̄ egerūt. Immū=
ditia ſcḋm glo. ponit̄ ꝓ uitio cōtra naturā īpu=
dicitia aūt ad ſtuprū ꝑtinere uidet̄. ¶ Circa ſe
cundum ſcilicet utrum fornicatio ſimplex ſit
peccatū mortale. dicenḋ ꝙ abſq; omni dubio
tenendū eſt ꝙ ſic. & hoc primo declarat̄ ꝑ au
ctoritatē iuris diuini. Secūdo ꝑ auctoritatem
iuris canonici. Tertō ꝑ rōnem. ¶ Primo qui=
dē ꝓbat̄ hoc ꝑ auctoritatē iuriſ diuini. dicitur
tho. iiii. Attende tibi fili mi ab omni fornicati
one. & p̄ter uxorē tuā non patieris crimē ſcire
Itē Gal̄. v. Premiſſa fornicatōne & quibuſdā
aliis uitiis ſubdit. qui talia agūt regnum dei
nō poſſidebūt. Nihil aūt excludit a regno dei
n̄ pctm̄ mortale. Nec obſtat q̄d dr̄ deut̄. xxiii.
ſuꝑ illud. Non erit meretrix &c̄. dicit glo. Ad
eas ꝓhibet accedere quarꝫ eſt ueīalis turpitu=
do. nō enī debet dici ueīalis. ſ; uenalis. qḋ eſt
ꝓprie meretricū. Itē nec illud qḋ act̄. xv. cōnu
merat̄ quibuſdā q̄ non ſunt peccata mortalia
abſtineatis uos inquit ab īmolatis ſimulacro
rū. & ſanguīe ſuffocato & fornicatōne. illorꝫ
aūt uſus nō eſt peccatū mortale. ſcḋm illḋ. i. thy
iiii. Nihil reiiciendū eſt qḋ cum grārꝫ actione
ꝑcipitur. Fornicatio aūt nō cōnumerat̄ illis. q̄
eandē habeat rōem culpe cū aliis. ſ; q̄ꝫtum ad
hoc ꝙ ex hiis q̄ ibi ponunt̄ ſilr̄ poterat int̄ iu=
deos & gentiles ſeruari vna vnius cōſenſum
uel etiā impediri. q̄ apud gentiles fornicatio
ſimplex nō reputabat̄ illicita ꝓpter corruptio
nem rōnis in eis. iudei aūt ꝑ legē inſtructi eā
illicitā reputabāt. Alia uero q̄ ibi ponūt̄ iudei
abhoīant̄ ꝓpter ꝯſuetudīem legalis obſeruan
tie. Vn̄ apl̄i ea interdixerūt gentibꝰ. nō quaſi
ſcḋm ſe illicita. ſ; quaſi iudeis abhoīabilia. Item
nō obſtat factū oſee qui ſumpſit uxorē forni=
catōnum. oſee. i. Quia illud fecit obediēs deo
cuius uolūtas ē regula ſumme recta. ¶ Itē hoc
idem oñdit̄ ꝑ ius canonicū. dicit̄ enī in decre=
tis. xxiiii. cā. q. i. Dicūt talē de ꝑiurio pn̄iam ī=
poni debere qualē de adulterio fornicatōne &
homicidio ſponte cōmiſſo. & de ceteris crimi=
nalibus uitiis. Ad huius aūt euidentiā cōſide
randū eſt ꝙ peccatū mortale ē oīe pctm̄ qḋ
cōmittit̄ directe ꝯtra uitā hoīs. Fornicatō au=
tē ſimplex importat deordīatōnem q̄ uergit ī
nocumentū uite eiꝰ qui ē ex tali cōcubitu naſ
citurus. Videmus em̄ in oībus aīalibus ī qui=
bus ſc; ad educatōnem ꝓlis requirit̄ cura ma
ris & feīe ꝙ in eis nō eſt uagus concubitus. ſ;
maris ad certā feīam unā uel plures. ſic patet
in oīibꝰ auibus. Secus aūt ē in aīalibus ī q̄=
bus ſola femīa ſufficit ad educatōem fetus in
quibus eſt uagus cōcubitus. ut pꝫ in canibuſ
& aliis hmōi aīalibus. Manifeſtū ē autē ꝙ ad
educatōnem hoīs nō ſolū requirit̄ cura mr̄is
a qua nutrit̄. ſ; ml̄tomagis cura p̄ris a quo eſt
inſtruēdus & docendus. & in hoīs tam inter
oribus q̄; exterioribꝰ ꝓmouēdus. & ideo ꝯtra
naturā hoīs eſt ꝙ utat̄ uago cōcubitu. ſ; opor
tet ꝙ ſit maris ad determiatam feīam cū qua
ꝑmaneat nō ꝑ modicū tempꝰ. ſed diu uel per
totam uitam. & inde ē ꝙ naturalit̄ ē in mari=
bus in ſpecie hūana ſollicitudo de certitudine
ꝓlis. q̄ eis īminet educatio ꝓlis. hec aūt certi
tudo tolleret̄ ſi eēt uagus cōcubitus. hec aūt de=
termīatio certe feīe mr̄imoniū uocat̄. Et iō di=
cit̄ eſſe de iure naturali. Sed q̄ cōcubitus or=
dinat̄ ad bonū cōmune totius hūani gn̄is. bo
na aūt cōmunia cadūt ſub determīatōne legiſ
ut ſuꝑ habitū eſt. ꝯn̄s eſt ꝙ iſta cōiunctio ma
ris ad feīam q̄ matrimoniū dicit̄ lege aliq̄ de=
termīetur. Vn̄ cū fornicatō ſit concubitus ua
gus utpote p̄ter matrimoniū exiſtens. ē cōtra
bonuꝫ ꝓlis educande. & iō eſt pctm̄ mortale.
Nec obſtat ſi aliq̄s fornicādo aliq̄; cognoſcēs
ſufficient̄ ꝓuideat ꝓli de educatōe. q̄ illḋ qḋ
cadit ſb̄ legis determīatōne iudicat̄ ſcḋm illud
qḋ cōmuniter accidit. & nō ſcḋm id qḋ ī aliquo
caſu pt̄ accidere. ¶ Circa tertiū ſc; utrū ī tacti
bus & oſculis ſit peccatū mortale. dicenduꝫ ꝙ
aliq̄d dicit̄ eē peccatū mortale duplicit̄. Vno
mō ſcḋm ſuā ſpēm & hoc mō oſculū & amplex
us uel tactus ſcḋm ſuam rōem non noīant pec
catū mortale. Pñt enī abſq; libidine fieri. uł
ꝓpter ꝯſuetudīem patrie. uł ꝓpter aliq̄; neceſ
ſitatē. aut ꝓpter rōnabilem cām. Alio mō dici
tur aliq̄d eſſe peccatū mortale ex ſua cā. ſicut
ille qui dat ſuā elemoſinā ut aliq̄; inducat in
hereſim. peccat mortalit̄ ꝓpter intentōem cor=
ruptam. dictū eſt aūt ſuꝑ ꝙ cōſenſus in delc̄ta
tionē peccati mortalis eſt peccatū mortale. &
nō ſolum cōſenſus in actū. & iō cum fornica=
tio ſit peccatū mortale. & ml̄tomagis alie lux
urie ſpēs. cōſequens ē ꝙ cōſenſus in delc̄atio=
nem talis peccati ſit peccatū mortale. & nō ſo
lum cōſenſus in actū. & ideo cū oſcula & am
plexus & hmōi ꝓpter delectatōnem fiant. cō
ſequens ē ꝙ ſint peccata mortalia. & ſic ſoluꝫ
dicunt̄ libidīoſa. Vn̄ hmōi ſcḋm ꝙ libidinoſa.
ſunt peccata mortalia. ¶ Circa quartū ſcilicꝫ
utrꝫ nocturna pollutō ſit peccatū. dicendū ꝙ
nocturna pollutō duplicit̄ cōſiderari pt̄. Vno
mō ſcḋm ſe. & hoc mō non habet rōem peccati.
Omne enī peccatū dependet ex iudicio rōnis
q̄ etiā p̄mus motus ſenſualitatis nō habet ꝙ
ſit peccatū niſi in q̄ꝫtum iudicō rōnis reprimi
pōt. & ideo ſublato iudicō rōnis. tollit̄ rō pec=
catorꝫ. In dormiēdo aūt rō non hꝫ liberū iudi
ciū. Nullus enī eſt dormiēs qui nō intendat
aliquibꝰ ſilitudinibꝰ fantaſmatū uelut rebus
ipis. Et iō id qḋ agit hō dormiēs qui nō habꝫ
liberꝫ iudiciū rōnis nō imputat̄ ei ad culpam
ſic nec illud qḋ agit furioſus aut amens. Alio
mō pōt cōſiderari nocturna pollutō ꝑ ꝯpatio=
nem ad ſuā cauſam. que pt̄ eſſe duplex. Vna
quidē corꝑalis. Cum enī humor ſeīalis ſuper=
abūdat in corpe. uel cū facta eſt hūoris reſolu
tio. uel ꝑ nimiā calefactōnem corpis. uel ꝑ q̄;=
cūq; aliā cōmotionem ſomniat dormiēs ea q̄
ꝑtinent ad expulſionē hmōi hūoris abundā=
tis uł reſoluti. ſic eē accidit qn̄ natura grauat̄
ex aliqua alia ſuꝑfluitate. ita ꝙ qn̄q; format̄

ĩn ymaginatōe fantaſmata ꝑtinētia ad emiſ=
ſionem taliũ ſupfluitatũ. Si igiᷣ ſupabundan
tia talis ſit ex cauſa culpabili. puta cũ eſt exſu
pfluitate cibi uel potus. tũc nocturna pollutõ
habet rõnem culpe ex cauſa ſua. Si aũt ſupa=
bundãtia uel reſolutõ talis hũoris non ſit ex
aliqua cauſa culpabili. tũc nocturna pollutio
non eſt culpabilis. nec ĩnſe. nec ĩn cã ſua. Alia
uero cauſa nocturne pollutõnis pt̄ eſſe aĩalis
ĩnterior. puta cũ excogitatõne p̄cedenti cõtin
git aliq̃ʒ dormientē pollui. Cogitatio aũt que
ĩn uigilia p̄ceſſit q̃nq̃ʒ eſt pure ſpeculatiua. pu
ta cũ aliq̃s cauſa diſputatõnis cogitat de pec=
catis carnalibꝰ. q̃nq̃ʒ aũt eſt cũ aliqua affecti=
one uel cõcupiſcentie uel horroris. Contingit
autem magis nocturna pollutio ex cogitatõe
carnaliũ uitiorꝫ q̄ fiunt q̃ʒ aliarꝫ delcationum
qꝛ ex hoc remanet quoddã ueſtigiũ ex ĩnclia=
tione ĩn aĩa. ita ꝙ dormiens facilius ĩnduciᷣ ĩ
ſua ymaginatõne ad aſſentiendũ actibus ex
quibus ſequiᷣ pollutõ. ſm hoc phs dicit ĩn. i.
eth. ꝙ ĩnq̃ʒtum paulati ꝑ trãſeunt quidã mo=
tus a uigilantibus ad dormientes meliora fi=
unt fantaſmata ſtudioſiorum q̃ʒ quorũlibet.
Aug. etiã dicit. iii. Sup gen̄. ad lr̃am ꝙ ꝓpter
bonã anime affectõem quedã eius merita etiã
ĩn ſomniis clarent. & ſic patʒ ꝙ nocturna pol
lutio hʒ rõem culpe ex ꝑte ſue cauſe. Q̃nq̃ʒ ta=
men cõtingit ꝙ ex p̄cedenti cogitatõe carna=
liũ actuum etiã ſpeculatiua. uel ſi ſit cũ horro=
re ſequiᷣ ĩn ſompniis pollutio. tñ nõ hʒ ratio=
nem culpe nec in ſe nec in ſua cã. Tertia uero
cauſa eſt ſpũalis extrĩſeca. puta cum ex oꝑatio
ne demonis cõmoueñᷣ fantaſmata dormien
tis in ordĩe ad talē effectũ. & hoc quidē q̃nq̃ʒ
eſt cũ peccato p̄cedenti ſcʒ negligētia p̄parãdi
ſe ꝯtra demonis illuſiones. Vñ & in ſero can
taᷣ. hoſtēq̃ʒ nr̃m cõprime ne polluanᷣ corpa.
q̃nq̃ʒ uero abſq̃ʒ omni culpa hoĩs ex ſola neq̃=
tia demonis. ſic in collationibꝰ patrũ dicitur
de quodã. ꝙ ſemꝑ in diebꝰ feſtis pollutõnem
nocturnã patiebaᷣ hoc dyabolo ꝓcurante. ut
impediretᷣ a ſacra cõmunione. Sic igiᷣ patʒ ꝙ
nocturna pollutio nũq̃ʒ eſt peccatũ. tñ q̃nq̃ʒ ē
ſequela peccati p̄cedētis. ¶ Circa quintũ ſcili
cet utrũ ſtruprũ ſit ſpēs luxurie. dicendum ꝙ
ubi circa materiã alicuiꝰ uitii occurrit aliqua
ſpēalis deformitas. ibi debet poni determĩata
ſpēs illius uitii. luxuria autē eſt peccatũ circa
uenerea exiſtens. ut ſup̄dictum ē. In uirgine
aũt ſub cuſtodia pr̃is exiſtēte. quedã deformi
tas ſpālis occurrit ſi corrũpaᷣ. tũ primo ex ꝑ=
te puelle. q̄ ex hoc ꝙ uiolata nll'a pactione cõ=
iugali p̄cedenti impediᷣ a legitĩo mr̃imonio
cõtrahendo & poniᷣ ĩn uia meretricãdi. a quo
retrahebaᷣ ne ſignaculũ uirginitatis amitte=
ret. tũ etiã ex ꝑte pr̃is. qui de eius cuſtodia ſol
licitudinem gerit. ſm illud ecc̄i. xlii. Sup filiã
luxurioſã cõfirma cuſtodiã. neq̄ñ faciat te ĩn=
obprobriũ ueĩre ĩnimicis. & ideo maĩfeſtum ē
ꝙ ſtuprũ qḋ ĩmportat illicitã uirginũ deflora
tõnem ſub cura ꝑentum exiſtentiũ eſt deter=
minata ſpēs luxurie. ¶ Circa ſextũ ſcʒ utrum
raptus ſit ſpēs luxurie. dicendũ ꝙ raptus ꝓut
nũc de eo loquimur ē ſpēs luxurie. & q̃nq̃ʒ q̃=
dem ĩn idem cõcurrit cũ ſtupro. q̃nq̃ʒ aũt iue=
niᷣ raptus ſine ſtupro. q̃nq̃ʒ uero ſtuprũ ſine
raptu. Cõcurrũt quidē ĩn idē. qñ aliq̃s uiolen
tiam ĩnfert ad uirginē illicite deflorandã. que
quidē uiolētia q̃nq̃ʒ ĩnferᷣ tam uirgini q̃ʒ pa=
tri. q̃nq̃ʒ aũt ĩnfertur patri. ſʒ nõ uirgini. puta
cũ ipa cõſentit ut ꝑ uiolētiam de domo patris
abſtrahaᷣ. Differt etiaʒ uiolentia raptus alio
mõ. quia q̃nq̃ʒ puella a domo ꝑentum uiolenṫ
abduciᷣ & uiolenṫ corrũpiᷣ. q̃nq̃ʒ aũt & ſi ui
olenṫ abduciᷣ nõ tñ uiolenṫ corrũpiᷣ ſʒ de uo=
luntate uirginis. ſiue corrũpaᷣ fornicario con
cubitu. ſiue mr̃imoniali. qualitercũq̃ʒ enĩ uio
lentia adſit. ſaluaᷣ ratio raptus. Inueniᷣ autē
raptus ſine ſtupro. puta ſi aliq̃s rapiat uiduã
uel puellã corruptã. Vnḋ ſymachꝰ papa dicit.
Raptores uiduarꝫ uel uirginũ ob ĩmanitateʒ
tanti facinoris deteſtamur. Stuprũ uero ſine
raptu ĩnueĩtur qñ aliq̃s ſine uiolētia uirgineʒ
illicite deflorat. ¶ Circa ſeptimũ. ſ. utrꝫ adul=
teriũ ſit ſpēs luxurie. dicendũ ꝙ adulteriũ ſic
ipm nomē ſonat eſt acceſſus ad alienũ thorũ.
In quo quidē dupliciṫ ꝯtra caſtitatē hũane ge
neratõnis hoĩs aliquis delĩq̃t. Primo quideʒ
ĩnq̃ʒtũ accedit ad ml'ierē nõ ſibi mr̃imonio co
pulatã. qḋ requiriᷣ ad bonũ ꝓlis ꝓprie educã
de. Alio mõ qꝛ accedit ad mulierē alteri ꝑ ma
trimoniũ copulatã. & ſic impedit bonũ prolis
aliene. eadem ē ratio de ml'iere cõiugata q̄ per
adulteriũ corrũpitur. Vñ diciᷣ ecc̄i. xxxii. Om
nis mulier relĩquēs uirũ peccabit. Primo em̃
ĩn lege altiſſimi ĩncredibilis fuit. ĩn q̄. ſ. p̄cipiᷣ
nõ mechaberis. Secũdo uirũ ſuum relĩquit ĩ
quo facit cõtra certitudĩem ꝓlis eius. Tertio
ĩn adulterio fornicata eſt. & ex alio uiro filios
ſtatuit ſibi. qḋ eſt cõtra bonũ ꝓprie ꝓlis. Sed
primũ eſt cõmune ĩn oĩbus peccatis mortali
bus. Alia uero duo ſpāliter ꝑtinēt ad deformi=
tatē adulterii. Vñ maĩfeſtum ē ꝙ ē determĩa=
ta ſpēs luxurie. utpote ſpēalem deformitatem
hñs circa uenereos actus. ¶ Circa octauũ. ſ.
utrũ ĩnceſtus ſit ſpēs luxurie. dicendũ ꝙ ſic di
ctum eſt. ibi ē neceſſe ĩnueĩri determinatã ſpe
ciē luxurie. ubi ĩnueĩtur aliq̃d repugnãs debi=
to uſui uenereorꝫ. In uſu aũt cõſanguinearũ
& affiniũ ĩnueniᷣ aliq̃d ĩncongruũ cõmixtio
ni uenerce triplici rõne. primo quidē. qꝛ natu
raliṫ homo debet q̃ʒdam honorificentiã parē=
tibus. & ꝑ cõſequens aliis cõſanguineis q̄ ex
eiſdem ꝑentibꝰ de ꝓpĩnquo originē trahunt.
ĩn tm̄ ꝙ apud antiquos ut Maximꝰ Valeriꝰ
refert nõ erat fas ſimul filiũ cũ patre balnea=
ri. ne ſeſe ſimul ĩnuicē nudos cõſpicerent. Ma
nifeſtũ eſt aũt ſm p̄dicta ꝙ ĩn actibus uene=
reis maxĩe cõſiſtit quedã turpitudo honorifi=
centie cõtraria. Vñ de hiis hoĩes uerecundanᷣ
& ideo ĩncõgruũ ē ꝙ coniunctio uenerea fiat
taliũ ꝑſonarꝫ ad ĩnuicē & hec cã uideᷣ exp̄mi
leuiᷣ. xviii. ubi diciᷣ mater tua ē nõ reuelabis

turpitudinē eius· & idem poſtea ſubdit ī aliis
Secūda ratio ē·q2 ꝑſonas ſanguīe cōiunctas
neceſſe ē adinuicē ſimul cōuerſari·Vnde ſi ho
mines nō arcerent̄ a cōmixtione uenerea·ni=
mia oppꝛtuitas daret̄ hoībus ueneree cōmixti
onis·& ſic animi hoīm nimis emolleſcerēt ꝑ
luxuriā· & ideo inueteri lege ille ꝑſone ſpēalit̄
uident̄ eſſe ꝓhibite·quas neceſſe ē ſimul com=
moꝛari·Tertia ratō ē·q2 ꝑ hoc impediret̄ mul
tiplicatō amicoꝝ·dum eñ hō extraneam uxo
rem accipit·cōiungunt̄ ſibi quadā ſpāli amici
tia omnes cōſanguinei uxoꝛis·ac ſi eēnt con=
ſanguinei ſui·ut augꝰ· dicit·xv·de ci·dei·Ha
bita eſt ratō rcīſſima caritatis· ut hoīes quibꝰ
eſſet utilis atqʒ honeſta cōcoꝛdia diuerſaꝝ ui
ciſſitudinū uīculis necterent̄·nec unus ī uno
mltas haberet·ſʒ ſingule ſpergerent̄ in ſingu=
los·Addit aūt ariſto·rōem q̄rtam in·ii·polit̄·
quia cū naturalit̄ homo cōſanguineā diligat·
ſi adderet̄ amoꝛ q̄ eſt ex cōmixtione uenerea·
fieret nimius ardoꝛ amoꝛis·& maxīm libidīs
incentiuū qḋ caſtitati repugnat· Vñ manife=
ſtū eſt ꝙ inceſtus ē determīata ſpēs luxurie·
Circa nonū ſcʒ utrū ſacrilegiū ſit ſpēs lux=
urie·dicendū ꝙ ſic̄ dictum ē·qñ actus vnius
uirtutis uel uitii oꝛdinat̄ ad finem alteriꝰ· aſ=
ſumit ſpēm illius·ſicut furtū qḋ ꝓpter adulte
riū cōmittit̄·trāſit in ſpēm adulterii· Manife
ſtum ē aūt ꝙ obſeruatio caſtitatis ſꝫm ꝙ oꝛdi=
nat̄ ad cultum dei fit actus religionis in illis
que uouēt & ſeruāt uirginitatē ut patʒ ꝑ au=
guſtinū in libꝛo de uirginitate· Vñ manife=
ſtum ē ꝙ luxuria ſꝫm ꝙ uiolat aliquid ad di=
uinū cultū ꝑtinens·ꝑtinet ad ſpēm ſacrilegii·
& ſꝫm hoc ſacrilegiū pōt poni ſpēs luxurie·Et
nota ꝙ ſacrilegiū ē ſpēs irreligioſitatis·& etiā
luxurie·q2 luxuria ſꝫm ꝙ oꝛdinat̄ ad finē alte
rius uitii·efficit̄ illius uitii ſpēs·& ſic aliq̄ ſpe
cies luxurie pt̄ etiā eſſe ſpēs irreligioſitatis·ſic̄
cuiuſdā ſupioꝛis gn̄is· Vnō·xxxii·q·i·ſacrile
gium nō cōnumerat̄ inter ſpēs luxurie·Cuiꝰ
ratio eſt·q2 ibi nō ponunt̄ niſi illa q̄ ſunt ſpe=
cies luxurie ſꝫm ſeipām·ſacrilegiū aūt eſt ſpēs
luxurie ſꝫm qḋ oꝛdinat̄ ad finē alterius uitii·
& pt̄ cōcurrere cū diuerſis ſpēbus luxurie· Si
eñ aliquis abutat̄ ꝑſona cōiuncta ſibi ſꝫm ſpi
ritualē cognatōnem cōmittit ſacrilegium ad
modū inceſtus·Si aūt abutat̄ uirgine deo ſa=
crata inq̄ʒtum ē ſponſa xp̄i cōmittit ſacrilegi=
um ꝑ modū adulterii·inq̄ʒtum uero ē ſub ſpi
ritualis p̄ris cura cōſtituta·erit qḋdam ſpūale
ſtupꝛū·& ſi uiolentia inferat̄·erit ſpūalis rap
tus· qui etiā ſꝫm leges ciuiles grauius puītur
q̄ʒ alius raptus·Vñ Iuſtinianꝰ impatoꝛ dicit
Si quid nō dicā rape·ſʒ attemptare· tm̄modo
m̄rimonii cōiungendi cā ſacratiſſimas uirgi
nes auſus fuit·capitali pena feriat̄·Circa de
cimū ſcʒ utꝝ uitium cōtra naturā ſit ſpēs lux
urie·dicendū ꝙ ſicut ſupdictum ē·ibi eſt det=
mīata ſpēs luxurie·ubi ſpālis ratō defoꝛmita=
tis occurrit q̄ facit indecentē actū uenereum·
Qḋ quidem pt̄ eſſe duplicit̄· Vno quideʒ mō
quia repugnat ratōni recte·cōmune in omni
uitio luxuie· Alio modo q2 ſup hoc repugnat
ip̄i oꝛdini naturali uenerei actus qui cōuenit
hūane ſpēi·qḋ dicit̄ uitiū cōtra naturā·Qḋ q̄
dem pt̄ pluribus mōis cōtingere·Vno quidē
mō ſi abſqʒ omni cōcubitu cā delectionis ue=
neree pollutio ꝓcuret̄ qḋ ꝑtinet ad peccatum
immūditie·quā quidē mollitiem uocant·Alio
mō ſi fiat ꝑ cōcubitum ad rem nō eiuſdē ſpēi
qḋ uocat̄ beſtialitas·Tertio mō ſi fiat ꝑ cōcu=
bitum ad non debitum ſexū·puta maſculi ad
maſculū·uel fēie ad fēiam· ut apoꝰ dicit ro·i·
qḋ dicit̄ ſodomidicū uitiū· Quarto ſi nō ſer=
uet̄ naturalis modꝰ cōcūbendi·aut q̄ʒtum ad
inſtrumentū·aut ad alios monſtruoſos & be
ſtiales cōcūbendi modos· Circa Vndecimū
ſcʒ utꝝ uitiū cōtra naturā ſit grauiſſimū pec=
catoꝝ inter ſpēs luxurie·dicendū ꝙ in quoli=
bet gn̄e coꝛruptō pꝛincipii eſt peſſima ex q̄ de
pendēt·pꝛīcipia aūt rōis ſunt ea que ſunt ſꝫm
naturā·nam ratio p̄ſuppoſitis hiis que ſunt
a natura determīata diſponit alia ſꝫm ꝙ cōue
nit·& hoc apparet tam ī ſpeculatiuis q̄ʒ ī opa=
tiuis· Et iō ſic̄ īſpeculatīs erroꝛ circa ea quoꝝ
cognitio eſt homini naturalit̄ indita ē grauiſ=
ſimus & turpiſſimus· ita in agēdis agere con
tra ea q̄ ſunt ſꝫm naturā determīata ē grauiſ=
ſimū & turpiſſimū·q2 ergo in uitiis q̄ ſunt cō
tra naturā trāſgredit̄ hō id qḋ eſt ſꝫm naturā
determīatum circa uſum uenereū· inde ē ꝙ ī=
tali materia hoc peccatū ē grauiſſimuʒ poſtq̄ʒ
eſt inceſtus·qui ſicut dictū eſt· ē cōtra natura
lem reuerentiā quā ꝑſonis cōiunctis debemꝰ
Per alias aūt luxurie ſpēs p̄terit̄ ſolū id quod
eſt ſꝫm rōem rectā determīatum ex p̄ſuppoſiti
one cōnaturaliū pꝛīcipioꝝ·Magis aūt repug
nat rōni ꝙ aliquis uenereis utat̄ non ſolū cō=
tra id qḋ ꝯuenit ꝓli gn̄ande· ſʒ etiā cū iniuria
alterius· & iō foꝛnicatō ſimplex q̄ cōmittitur
ſine iniuria alterius ꝑſone mīma eſt inter ſpe
cies luxurie· Maioꝛ aūt iniuria ē ſi quis abu=
tat̄ muliere alterius ꝑtāti ſubdita ad uſum ge
neratōnis q̄ʒ ad ſolā cuſtodiā·& ideo adulteri
um ē grauius pct̄m̄ q̄ʒ ſtupꝛū·& utrūqʒ agg̈=
uat̄ ꝑ uiolentiā·ꝓpter qḋ raptus uirgīs eſt g̈=
uius pct̄m̄ q̄ʒ ſtupꝛū·& rapꝰ uxoꝛis q̄ʒ adul=
teriū·& hec oīa aggrauant̄ ſʒm rōem ſacrile
gii ut ſupdictum ē· Et nota ꝙ ſic̄ oꝛdo rōnis
recte ē ad hoīes·ita oꝛdo nature ē ab ip̄o deo·
& ideo in peccatis cōtra naturā in quibꝰ ipſe
oꝛdo nature uiolat̄ fit iniuria ip̄i deo oꝛdiato=
ri nature·Vñ aug̈·dicit·iii·confeſſionū·flagi
tia q̄ ſunt cōtra naturā ſunt ſemꝑ deteſtāda
atqʒ puienda·qualia ſodomitaꝝ fuerēt· que ſi
omnes gentes facerēt· eodē criminis reatu di
uina lege tenerent̄·q̄ nō ſic fecit hoīes ut ſe
illo uterent̄ mō· Violat̄ quippe ip̄a ſocietas q̄
cū deo nobis eſſe debet cū eadē materia cuius
ille actoꝛ ē·libidīs ꝑuerſitate polluit̄·Et ideo ī
iuria q̄ fit ip̄i deo grauioꝛ ē q̄ʒ illa que fit ꝓxi=
mo·ita uitiū cōtra naturā grauius ē q̄ʒ Adul=
teriū·Stupꝛū·Raptus· uel etiam ſacrilegium

In quo & ſi fit iniuria ipi deo tñ ibi ſeruat̃ oꝛ
do nature· Itẽ inter uitia cõtra naturã minus
eſt graue peccatum qḋ eſt ex omiſſione debiti
uaſis·qꝛ in peccatis magis attendit̃ grauitas
ex abuſu alicuius rei q̃ʒ ex omiſſione·grauiſſi
mũ aũt eſt peccatũ beſtialitatis· ubi nõ ſeruat̃
debita ſpẽs·Vñ ſup illud Geñ·xxxvii·Accuſa
uit fratres ſuos crimie peſſimo dicit glo·ꝙ cũ
pecoꝛibus miſcebant̃·Poſt hoc auteʒ eſt uitiũ
ſodomiticũ ·ubi nõ ſeruat̃ debitus ſexus·Poꝰ
hoc aũt eſt peccatũ ex eo ꝙ non ſeruat̃ debi=
tus modus cõcũbendi·magis aũt ſi nõ ſit de=
bitum fas·q̃ʒ ſi ſit inoꝛdiatio ſm alia ptinen=
tia ad modum cõcubitus·

## DE DETESTATIONE LVXVRIE·DISTINCTIO·III·

Circa quartuʒ pꝛincipale ſcʒ de hiis que
ſuadent & oñdunt pctm̃ luxurie de=
teſtandũ·ſciendũ ꝙ mlt̃a mouere de=
bent ad hoc·uidelicʒ Laboꝛis penalitas·Ardo
ris immẽſitas·Fetoꝛ abhoĩabilis· Pudoꝛ into
lerabilis· Pꝛimo quidẽ deteſtabilẽ eſſe luxu
riã oñdit laboꝛis penalitas q̃ pcedit & cõcomi
tatur hoc uitiũ· Quis enim enarrare ſufficiat
quot laboꝛes & inedias· quot dietas malas·
quot uigilias·qꝛ frequẽt noctes om̃ino ducũt
inſomnes·quot timoꝛes & pi cula·quot ſollici
tudĩes & anguſtias·quot aeris intempies id ẽ
eſtus & frigoꝛa· hymbꝛes niues & glacies ·&
multa hiꝰ ſuſtinẽt miſeri ꝓ bꝛeuiſſima & ui
liſſima delcãtione cõplenda·q̃ ſi pꝛo deo & aĩa
rum ſalute ſuſtĩerent·eẽnt uere martyres apḋ
deũ·Vñ maĩfeſtũ eſt ꝙ excecauit eos malicia
eoꝝ ·ut id qḋ uere ẽ turpe ·uideat̃ eis pulchꝝ
& qḋ moleſtuʒ eſt·delcãbile uideat̃·iuxta illḋ
om̃is amoꝛ cecus non eſt amoꝛ arbiter equus
nam defoꝛme pecus iudicat eẽ decus· Vñ iob
·xxx·eſſe ſub ſentibꝰ delitias reputabant·ſen
tes iſte ſunt cure·ſollicitudĩes·uigilie·& labo=
res & afflictõnes q̃ añcedunt uel cõcomitant̃
hoc peccatũ·Illudit aũt eis dyabolus ſic· ut in
ſpinis querãt ficus· & ꝓ melle eas lambãt·&
ſic merito lecatoꝛes dicant̃·ſpine em̃ uolupta
tis ſollicitudĩes uocant̃·Math·xiii·&·luc·viii
Siles ſunt cuidã qui cũ iret p ſiluã q̃ʒdam ho
ra ueſptina inueĩt q̃ʒdam domũ pulchrã in q̃
receptus eſt·Dña aũt domus que uidebat̃ pul
chra & oꝛnata inuitauit eũ ad amoꝛẽ ſuum &
cõcubitũ·cui cũ ꝯſenſiſſʒ·uidebat̃ ei ꝙ incubi=
li pcioſiſſimo cũ ea iaceret·in mane aũt excita
tus inueĩt ſe amplectenteʒ facem de ſpinis·&
ſic cognouit ſe a dyabolo ludificatũ ꝓ delitiis
inueniens ſpinas·hec aũt anxietas ĩ illicito amo
re facit om̃ia dura ferre tanq̃ʒ leuia·Iuxta qḋ
de bono amoꝛe dicit Augꝰ· Omnia ſeua & ĩ=
mania·facilia & ꝓpe nulla facit amoꝛ·ut pa=
tet Geñ·xxix·ſeruiuit ꝓ rachel ſeptẽ annis ia
cob·& uidebant̃ ei dies pauci p amoꝛis mag=
nitudĩe·Sic erat illi qui dicebat ꝓ amoꝛe ſuo·
Sic nabã p gelidas bꝛumalis gurgitis undas
nec michi ſolſtitiũ·nec graue frigus erat· Sic
igit̃ amoꝛ illicitꝰ uilis & fedus ſic eos allicit
ut om̃ia moleſta & grauia uideant̃ eis delcã=
bilia ꝓ amoꝛe deteſtabili & damnabili· quãto
magis amoꝛ dei qui ualde dulcis eſt·delecta=
bilis·& ſuauis·& magis nature ꝯſonus & ef
ficatioꝛ ad uiuendũ deberet nos allicẽ ad om=
nia dura & aſpa ſuſtinendũ·Si tñ alicui miſe
ro peccatoꝛi talis ĩmo longe mĩoꝛ pena uel la=
boꝛ iniũgeret̃ ĩ pñiam· diceret ſe ſuſtinẽ non
poſſe·nec uellet tanta ſuſtinere ꝓ deo q̃ʒta ſu
ſtinet ꝓ dyabolo· nec ꝓ ſalute aĩe ſue q̃ʒta ꝓ
damnatõne ſuſtinet delcãbiliter ex ĩpꝛoba uo
luntate· Secũdo deteſtandã eſſe luxuriam
oñdit ardoꝛis imenſitas·id eſt feruoꝛ libidĩo=
ſe cõcupiſcentie qui ẽ in hoc peccato·Hũc ignẽ
inflãmat cõtactus mlĩeris· aſpectus ſiue coꝛ=
palis ſiue ymagĩarius·& conſoꝛtiũ·& colloq=
um· De pꝛimo dicit̃ ꝓũ·vi· Nũquid pt̃ hõ
abſcõdere ignẽ in ſinu ſuo ut ueſtimẽta eius
nõ ardeant·aut ambulare ſup pꝛunas·& non
comburantur plante eius·ſic homo qui ingre
dit̃ ad uxoꝛẽ ꝓximi ſui·nõ erit mũdus cũ teti
gerit eã·De ſecundo id ẽ aſpectu dicit̃·eccĩ ·ix
Noli circũſpicere &c̃·Sequit̃·ꝓpter ſpẽm mu
lieris multi pierunt·& ex hoc cõcupiſcẽtia q̃ſi
ignis exardeſcit·De tertõ & quarto id ẽ con=
ſoꝛtio & colloquio ibidẽ·ſpẽm mulieris aliene
multi adurati repꝛobi facti ſũt·&c̃·Iob·xxxi
Ignis eſt uſqʒ ad cõſumptõnem deuoꝛans· &
eccĩ·xxiii· Anima calida q̃ſi ignis exardeſcit·
De immenſitate huius ardoꝛis·Req·infra·
Tertio deteſtabilẽ eẽ luxuriã oſtendit fetoꝛ
abhoĩabilis·qui qñqʒ ſentit̃ ab hiis etiã qui fa
ciunt·Aliqñ em̃ fetet eis ſuũ peccatũ· & tamẽ
nõ dimitũt illud·amos·iiii· Aſcẽdere feci fe=
toꝛem tentoꝛioꝝ uroꝝ ad nares uras·& non
eſtis cõuerſi ad me dicit dñs· Tentoꝛia coꝛpa
ſunt fetẽtia·Vñ luxurioſi uocant̃ hyrci feten
tes·ʒach·x·Viſitabo ſup hyrcos fetẽtes mulie
res meretrices·Aliqui etiã ſentiũt fetoꝛẽ huiuſ
peccati qñ fit in domo ſua·Quidã archidyaco
nus fetoꝛẽ cognoſcebat qñ ſeruus eius pecca=
uerat·Ad hoc facit exempluʒ qḋ hab̃et̃ ſup de
temptatõne·qũo ſpũs foꝛnicatõnis apparuit
pachamio in ſpẽ ethyopiſſe teterrĩe·& de feto
re eius fetebat manus qua eã tetigerat· Itẽ de
uerbis pr̃m·Cũ quidã ueniſſet ad heremũ· &
ſecũ adduxiſſet filiũ ſuũ nup ablactatũ.cum
creuiſſet temptabãt eum demones de peccato
carnis·qui ait pr̃i·ꝙ uolebat ire ad ſeculũ nõ
ualens impetꝰ temptatõnum ferre· Et cũ nõ
poſſet eũ pat̃ retĩere· obtinuit tñ ꝙ pꝛius iret
& faceret quadragenã unam ĩ remotõꝛi here=
mo poꝛtãs ſecũ panes·& faciẽs plectas de pal
marũ foliis· Qḋ cum faceret· poſt uigĩti dies
appuit ei opus dyaboli quaſi mulier ethyopiſ
ſa fetida·& turpis aſpectu·ita ut eius fetoꝛem
nõ poſſet ſuſtinere·ſʒ abiiciebat eã a ſe·cui ait·
ego ſum que in coꝛdibꝰ hoĩm dulcis appareo·
ſʒ ꝓpter obedientiã tuã & laboꝛẽ nõ pmiſit me
deus decipe te·ſʒ innotui tibi fetoꝛeʒ meũ· qui
ſurgẽs & gr̃as agens ad pr̃em rediit·& factũ
retulit dicens·iã nolo redire ad ſeculũ·cui pat̃

ſi pſeuerares in mandato meo uſqꝫ ad.xl.dieſ
maioꝛa uidere hr̄es. Dicūt phi. ꝙ cyconie ſibi
inuicē fidem cuſtodiunt ut neutra uiuente cō
pare alteri miſceat̄. Vn̄ cōtigiſſe dicit̄ ꝙ cyco
nia quedā abſente maſculo alterū maſculū re
cipiebat ī nido. & poſt coitū ſtatim lauabat ſe
in flumine ne maſculꝯ ſuus ueiens factū ſuū
cognoſceret ꝑ fetoꝛē. ſemel aūt ꝑuenta eſt. &
an̄qꝫ lauari poſſet ueiens maſculus eiꝯ & adul
teriū deꝑhendens. ꝓtinus eā dimiſit. nec po=
ſtea decliauit ad eam. donec magna cyconiaꝝ
multitudīe cōgregata in planicie. eiſqꝫ ī duas
ꝑtes diuiſis altrīſecus. illa tan̄qꝫ iudicāda ſte=
tit in medio. Factoqꝫ quaſi cōcilio q̄d de illa
iudicaret̄ agenō. Pꝛimo maſculꝯ eius aggreſ
ſus ē eam cū roſtro. Poſtmodū om̄es alie diſ=
cerpētes eam in fruſta mīma diuiſerūt in ul=
tionē ſceleris ꝑpetrati. Fetoꝛ huius flagitii mlt̄
tum ē abhoīabilis ſanctis angl'is. & eis ſum=
me diſplicet mltiplici rōne. pꝛimo facit coꝛam
eis qd̄ nō facerꝫ coꝛā aliquo ribaldo. nec eis re
uerentiā exhibet qui nos cuſtodiūt ī om̄ibus
uiis nr̄is. Bern̄. In quouis āgulo. ī quouis di
uerſoꝛio reuerentiā habe cū angl'o tuo. nec co
ram eo facias qd̄ coꝛam me facere nō auderes
Item cōtumeliā facit angelis qui cū ſit eis ſi=
milis ſm̄ aīam & intelligentiā. magis uult aſ
ſimulari iumētis q̄ꝫ eis. p̄s. hō cū in honoꝛe eſ
ſet nō intellexit &c̄. qꝛ ut dicit glo. ſup̄ illud. i
.coꝝ. vi. Qui foꝛnicat̄ in ꝓpꝛiū coꝛpus peccat.
In foꝛnicatōis ope totus hō abſoꝛbet̄ a carne
ita ut dici nō poſſit aīmus ſuus eē. ſꝫ totꝯ hō
dici poſſit caro. Itē ꝯtumeliaꝫ facit angl'o ſuo
qꝛ eo cōtempto ludit & delcātur cū ſpū turpiſ
ſimo foꝛnicatōnis q̄ꝫ amplexat̄. a bono ange=
lo ſe auertens. & cōſilia eius ſpernēs. In uitis
pr̄m. quidā temptatus a ſpū foꝛnicatōis roga=
uit q̄ꝫdam ſctm̄ pr̄em ut oꝛaret ꝓ eo. Qd̄ cum
feciſſet aſſidue & ſepe. & ille diceret ſe a temp
tatōne illa nō eſſe alleuiatū. cū contriſtaret̄ ſe
nex ſe nō exaudiri uidit illū monachū q̄ꝫ tēp=
tabat dyabolus ſedentē. & ſpm̄ foꝛnicationis
ante illū ludentē. & ipm̄ cū eo delectari & an
gelū dei aſtantē & grauit̄ indignantē contra
eum. qꝛ nō cōſurgebat nec oꝛabat iuxta cōſili
um ſuū. ſꝫ magis delectabat̄ in cogitatōnibus
ſuis & ymagiationibꝯ q̄s ei dyabolus immit=
tebat q̄ꝫ arguit ſenex de negligētia dicēs. Im=
poſſibile eſt alienis oꝛōnibus hūc ſpūm a te re
pellere. niſi & tu laboꝛeꝫ aſſumas oꝛōnum. ie=
iunioꝝ. uigilaꝝ & hmōi. Sic em̄ in medicinis
coꝛpalibus nihil ꝓficit cura medicoꝝ niſi ī fir
mi a noxiis ſe abſtineāt. ſic nec oꝛōes ſancto=
rum negligētibus & remiſſis & reſolutis coꝛ=
de. Item odit eā bonus angl's. qꝛ eius naribus
fetoꝛē abhoīabilem ingerit. De uerbis. pa. legi
tur ꝙ moꝛtuo ꝑegrino in ſilua. angelꝯ appa=
ruit heremite dicēs. ꝙ iret ſecū ad ſepeliendūꝫ
dictū ꝑegrinū. Quod cū feciſſet. & uellꝫ eū ſe
pelire. heremita nares ſuas ſibi obturabat. nō
ualens ferre fetoꝛē cadaueris. angelꝯ nō. quo
ſepulto. obuiauerūt cuidā iuueni cōpto & oꝛ=
nato. ad q̄ꝫ appꝛopinquātes. angelꝯ nares ſu
as obturabat. dicens. ꝙ fetoꝛ luxurie eius erat
ei grauiſſimus ad tolerandū. & cadauer pere
grini ſuauiſſimi odoꝛis. Item luxurioſuꝫ odit
angelus & eius luxuriā. qꝛ filiā ſummi regis
eius cuſtodie deputatū in oculis. & etiā in cō
tumeliā cuſtodis tanti coꝛrūpit. de qua dicit̄
in p̄s. Angelis ſuis mādauit de te. ut cuſtodiā
te in om̄ibus uiis tuis. Item qd̄ grauius eſt. fe
toꝛ iſte aſcendit uſqꝫ ad nares dei. Vnde dicit
Anſ. non tm̄ fetet canis putridus coꝛā hoībꝯ
q̄ꝫtum peccati ſpurcitia coꝛaꝫ deo. luxurioſus
aūt eſt ſicut cadauer putriō. p̄s. Putruerūt &
coꝛrupte ſunt. &c̄. & michee. ii. ꝓpter immū=
ditiā coꝛrūpetur putredine peſſima. & Ioel'. ii.
Putruerūt iumēta ī ſtercoꝛe ſuo. Greg. Iumē=
ta in ſtercoꝛe ſuo cōputreſcere. eſt hoīes carna
les in fetoꝛe luxurie uitaꝫ finire. Poſtremo in
naribus hoīm fetet hoc flagitiū. qn̄ fetoꝛ infa
mie uſqꝫ ad eoꝝ notitiā dilatat̄. Vn̄ de Salo=
mone ōꝛ. eccī. xlvii. Incliaſti femoꝛa tua muli
eribus. & poſuiſti maculā in glia tua. ꝓū. vi.
de adultero dicit̄. Turpitudīem & ignomini
am cōgregat ſibi. & obpꝛobꝛiū illius nō dele=
bitur. eccī. xxiii. Hic in plateis ciuitatis iudica
bit̄. qꝛ ibi male loquūtur hoīes de eo. Et poſt
Et erit dedecus om̄ibus. qꝛ nō intellexit timo
rem domī. Ideo. Ro. i. peccata luxurie dicun=
tur paſſiones ignominie. qꝛ auferūt nomē fa
me. Hiero. Detrahentiū moꝛibꝯ te tradidiſti
ſi agapetaꝝ ꝯſoꝛtia nō euitas. De talibus etiā
in p̄s. diſpierunt in endoꝛ. facti ſunt ut ſtercꝯ
terre. endoꝛ interp̄tat̄ fons gn̄ationis. hoc eſt
luxuria. & eccī. ix. Mulier foꝛnicaria q̄ſi ſter=
cus in uia cōculcabit̄. Item luxurioſi adeo fe=
tent ſanctis ꝙ nō ꝑmittūt eos ſecū habere ec=
cleſiaſticā ſepulturaꝫ. ſicut dicit̄. iiii. dyal'. liiii.
ca. de Valeriano pr̄itio q̄ꝫ poſuit ep̄s bꝛixie p̄=
cio ſibi dato in ecc̄ia beati Fauſtini martyris.
qui apparuit cuſtodi ecc̄ie ſue monēs eum ter
ut diceret ep̄o ꝙ carnes fetentes dicti Valeri=
ani remoueret ab ecc̄ia ſua. Qd̄ ſi non faceret
die. xxx. moꝛeret̄. Qd̄ qꝛ non fecit. die. xxx.
moꝛte ſubita. & impꝛouiſa moꝛtuus ē. Dictuſ
aūt Valerianꝯ uſqꝫ ad etatem decrepitaꝫ fue=
rat leuis & lubꝛicus. Item in eodē libꝛo legitur
de Valeriano mediolanen̄ ecc̄ie defēſoꝛe. qui
lubꝛicus & cūctis leuitatibꝯ occupatus. defū=
ctus poſitus eſt in eccleſia Syri martyris. quē
cuſtodes eccleſie uiderūt nocte media trahi a
duobꝯ deterris ſpiritibꝯ ligatis pedibus uocife
rantē nimis extra eccleſiā. ubi in mane inuen
tus ē. Ibi dicit Greg. hii quos peccata grauia p̄
munt ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciunt. reſtat
etiā ut de ſua p̄ſumptōne iudicent̄. Item. lvii.
de tinctoꝛe ſepulto in eccleſia beati Ianuarii q̄
ſequēti nocte uiſus eſt & auditꝯ a cuſtode cla
maꝛe. ardeo. ardeo. mane aūt apto ſuo ſepul=
chro. ſui coꝛpus eius nō inuenerūt. Sꝫ ſola ue
ſtimenta eius integra & intacta. ex qua re ut
dicit Greg. colligit̄ qua ultōne aīa ſit damna=
ta cuius caro eſt ab eccleſia ꝓiecta. ¶ Quarto

luxuriā oſtendit eſſe deteſtabilem · pudoꝛ into
lerabilis · Pudoꝛ em̄ uel erubeſcētia ē fuga rei
indecentis · Magna em̄ erubeſcētia ſignuꝫ eſt
magne indecētie · ꝓpter qꝺ̇ hoc pc̄tm̄ latebras
appetit · et uelamen querit · & tenebras diligit
Iob · xxiiii · Oculꝰ adulteri obſeruat caliginem
Item in libro de uerb̄ pa · tranſeūte abbate ef=
fren · q̄dā ꝓſtituta īmiſſa eſt ad eū ut īcitaret
ipſū ad turpeꝫ coitū · ul' ad iracūdiam · qꝛ eum
nullus uiderat iraſcentē · cui incitanti eū ad h̄
ait · ſequere me · et duxit eaꝫ ad locū populoſū
et ait · h̄ pa te · & ait · q̄uo poſſū coꝛā tot hoīb̄ꝰ h̄
facere · & ille · & q̄uo nō erubeſcis oculos dei &
ſanctoꝝ · que ꝯfuſa receſſit · Ad ideꝫ eſt exēplū
ſup̄ de thayde meretrce · Item in cronicis godo
fredi dicit̄ · ꝙ cum paulina neptis tyberii ceſa=
ris amaretur a quodam milite · nec aliquo mō
poſſet eam habere · cum ipſa frequentabat tem
plum yſiꝺ̇ · ipe fecit pactū cum ſacerdote yſiꝺ̇ ·
ꝙ pmitteret eū in templo in habitu yſiꝺ̇ · quo
facto intrauit ſilacꝫ · & pauline ſoli petēti re=
ſponſum ſua ſit · ꝙ cōſentiret deo · & de eiꝰ cō
cubitu gl'oſa fieret · qua ꝯſentiēte · uſus ē ea ad
uotum · q̄ cū rediret · ille maīfeſtauit ſe ei ipꝛoſ
perās ei factū · ꝓ quo depoſita querimoīa apꝺ̇
Tyberiū ydolū cōbuſtum ē · templum deſtru=
ctū · ſacerdotes occiſi · miles ꝓſcriptus ab urbe
ipa paulina p̄ uerecūdia amiſſe pudicitie gla=
dio ſe occidit · ¶ Vl' dicas · ꝙ luxuria deteſtabi
lis oñditur & cauenda · qꝛ blandit̄ ut capiat · et
uinculat captiuatum · uinculatū ſpoliat · & iu=
gulat ſpoliatū · ¶ Pꝛimo quidē hoīem uecoꝛ=
dē & fatuū blandiendo ſeducit ut capiet · Ca=
pit em̄ aſpectu · riſu · colloquio & tactu · iō mo
net ſapiens ꝓū · vi · Nō cōcupiſcat pulchritudi
nem mlieris coꝛ tuū ne capiaris ī nutibꝰ eius
Et poſt · Mlier p̄cioſam aīam uiri capit · Iudit ·
x · Aſpectu ſuo cepit holofernē · & · xxv · ſanda=
lia eius rapuerūt ocl'os eius · pulchritudo eius
captiuā fecit aīam eius · Hiero · Libido p̄cioſas
hoīm animas capit · & adoleſcentū facit aduo
lare coꝛda · Item Greg̓ · Quē luxuria ſemel ce=
pit · nihil aliud cogitare pmittit · ita tenet cap=
tiuū in luto · Item beda meretrix ſermonū ſu
auitatē · & coꝛpis foꝛmoſitatē querit ad capiē
das aīas uiroꝝ · Sicut legit̄ in uita b̄te marie
egyptiace · ꝙ cū eſſet iuuenis & ſp̄oſiſſima ·
ut ipa cōfeſſa ē ꝫoſime circuibat ciuitates & nū
dinas & p mare & terrā q̄uo aīas dyabolo ue
naret̄ · ¶ Secūdo luxuria uinculat captiuatū
ſic bene docet ſap̄ · ꝓū · vii · de meretrice loquēs
Appꝛehēſuꝫ deoſculat̄ iuueneꝫ · & ꝓcaci uultu
blandit̄ &c̄ · Intexui funibus lectuluꝫ meum ·
ſtraui tapetibꝰ pictis de egypto · aſperſi cubile
meū mirra & aloe & cynamomo · Veni inebꝛi
emur uberibꝰ · & fruamur cupitis amplexibꝰ
&c̄ · Sequit̄ · Irretiuit eū multis ſermonibꝰ · &
blanditiis labioꝝ ſuoꝝ ꝓtraxit illū · ſtatim eā
ſequit̄ quaſi bos ductus ad uictimā · & quaſi
agnus laſciuiēs · & neſcit ꝙ ad uincula ſtultus
trahat̄ &c̄ · Item ecc̄es · vii · Inueni amarioꝛem
moꝛte mulierē q̄ laqueus uenatoꝝ eſt · ſagena

coꝛ eius · uincula ſunt manus illius · Iudi · xvi
Dalila ſamſonē tradidit phyliſteis · q̄ uinctū
cathenis duxerūt in gaꝫam · Bern̄ · Voluptas
habita cito repetit̄ · repetita blandit̄ · conſuetu
do ligat · ratio cōſopitur · Viculat em̄ mulier ·
& inuiſcat aīas multis modis · qꝛ oīa q̄ ſunt
ī ea uiſcoſa ſunt · Gen̄ · xiiii · Vallis illuſtris ha
bebat puteos ml'tos bitumīs id ē mundꝰ mu=
lieres ml'tas bitumīe uincientes · de tali puteo
dicit̄ ꝓū · xxiii · Fouea ꝓfunda eſt meretrix · et
ut puteus anguſtꝰ aliena · Hiero · Si iuuenes
cū mulieribꝰ habitēt non deerit uiſcariū dya=
boli · Hoc uiſco aliq̄ñ inuiſcant̄ aues id ē uiri
ſp̄uales q̄ñ appꝛopinquādo tangūt illū · ſicut
aucupes cū uiſco capiūt aues · uirgas eo liniē=
do · Silr' demones hoīes p mulieꝝ ſigna & ge
ſtus attractōnes faciēdo · Sic aūt inuiſcādo ui
rilem emollit cōſtantiā · & calefacit · qꝛ nō alit̄
inuiſcaret niſi calefaciēdo · & emolliēdo · Hier ·
ferreas mētes libido domat · In uirginibꝰ ma
ioꝛē parit famē · qꝛ qꝺ̇ ignoꝛat̄ dulcius putat̄
Idem · Adamas inter malleū & incudē nō frā
git̄ · hyrcino tñ ſanguine diſſipat̄ · Sic uir foꝛ
tis qui tribulatōne nō frangit̄ foꝛnace libidīs
reſoluit̄ · Item yſiꝺ̇ · Iuxta ſerpentē ponit̄ non
diu eris illeſus · Cū igne poſitus & ſi ſis ferre
us aliq̄ñ diſſolueris · Pꝛoximus p̄iculo · diu tu
tus nō eris · Iob · xiiii · Mons cadēs defluit · qꝺ̇
